

APPROBACION DEL LICENCIADO

Bujan de Somoça.

Certifico yo el Licenciado Bujan de Somoça, Relator de los Consejos de Aragon, y de la Santa Cruzada, que el libro de don FRANCISCO DE SALGADO DE SOMOZA, intitulado: *De Supplicatione ad Sanctissimum à litteris & Bullis Apostolicis, &c. & de earum retentione in Senatu.* Lo he visto en su original desde la primera letra que el Autor à empegado a escriuir lo, por auer asistido en su compania quatro años y mas, y conferido con él muchas cosas de las escritas, y asistido a la primera copia del, yá leyendo a los escriuientes, y otras vezes escriuiendo tambien; y despues que la dicha copia fue a Francia, he leído y manejado por momentos el original que le quedò, assi para enterarme de sus doctrinas y resoluciones, como para muchissimos negocios que han ocurrido. Y certifico esta copia que oy se presenta, ser facada de aquel dicho original primero; porque asistiendo los mas de los dias en el estudio del Autor, y a quatro escriuientes que tenia, vi, y reconoci siempre los mismos quadernos de dicho original, que como dicho tengo manegè por momentos, è infinitad de vezes, y despues algunas aquesta copia que oy se presenta. Tambien se, que el dicho Don Francisco Salgado lo ha limado y perfeccionado mejor, añadiendo muchas doctrinas à las que tenia escritas. Y tambien que tiene hechos algunos capitulos nuevos para añadirlos, y otros preuenidos para hazer, y con intencion de presentarlos en el Consejo para la censura: y assi lo certifico por verdad. En Madrid à nueue de Julio de 1638.

Licenciado BVIAN DE SOMOZA.

PERMISSVS.

LIBRUM hunc inscriptum: *Tractatus de Supplicatione ad Sanctissimum, à litteris & Bullis Apostolicis, &c.* Auctore FRANCISCO SALGADO DE SOMOZA, Typis mandari & in lucem edi, Sumptibus LAURENTII ANISSON, Bibliopolæ Lugdunensis: Ego Regis Consiliarius & Procurator in Lugdunensi praefectura, non impedio, Lugduni die 8. Augusti 1662.

VIDAVD.

CONSENSVS.

LIBRUM qui inscribitur, SALGADO DE SOMOZA, *Tractatus de Supplicatione ad Sanctissimum, à litteris & Bullis Apostolicis, &c.* Typis mandari permitimus: ac simul, ne quis citra factam ei potestatem denuo excudat, interdicimus, Lugduni de eodem anno & die.

DESEVE,

TRACTA



TRACTATVS  
DE  
SUPPLICATIONE  
AD SANCTISSIMUM  
A Litteris Apostol. &c. Et de earum  
interim retentione in Senatu.

PARS PRIMA.

Continet Iustitiam recursus supplicationis ad Sanctiss. & retentionis in Senatu, necnon causas legitimas retentionis inductiuas, atque formam examinandi illas, singularèsq; quaestiones, processum, & praxim tangentes.

CAPVT PRIMVM.

Proteçtio vassallorum, necnon Ecclesiae, eiusque status, cultus diuini, dogmatum, & Conciliorum tuitio: an & quo sit iure Regalia Principis temporalis à Corona indiuisibilis.  
Et an super Regalia ipsa, vel alia ab Ecclesia obtenia Rex iuter Ecclesiasticos cognoscat.

SVMMARIVM. EX CAP. I.

Supplicatio ad Papam, qua imbibitur reuerentia, & humilitas: est Regalia Sedis Apostolica, num. 1.  
Supplicatio ad Papam est actus humilitatis, & reuerentia. num. 2.  
Et signum supremae Majestatis, & Potestatis Papae, ibidem.  
Supplicatio supponit altitudinem supremae maiestatis, & plenissima potestatis, ibidem.  
Qui alios supplicans, fatentur se humiles, & adoratis minores, ibidem.  
Omnes supplicationis & adorationis modi, quibus veteres utebantur eo tendunt, vt humiles se fateantur, ibidem.

Supercedens in litterarum executione ad effectum rescribendi, dicitur seruire Principi, ibidem.  
Respublica infelix iudicatur violentis oppressa protectore carens, num. 3.  
Omnia & misera, & felicia indigent protectore, num. 4. & n. 14.  
Plures Sacra Scripturae auctoritates congeruntur concludentes infelicitatem vi oppressi carentis protectore, num. 6.  
Vim patientem acclamantem malus Iudex non exaudit, num. 6.  
Deus miseretur eius, qui liberat miseros ab oppressionibus potentium, num. 7.  
Deus est protector generis humani, vt ex variis Sacrae Scripturae auctoritatibus late comprobatur, num. 8.  
Propheta Rex passim Deum protectorem inuocat, num. 9.  
Deus liberat vi oppressos de manu potentium, num. 20.  
Deus ab origine creationis de hominis tutela curauit, num. 11.  
Deus vt verus protector praesto adest acclamantibus vi oppressorum, tacitis, & expressis, n. 12.  
Multae Scripturae loca ad idem recensentur, ibid.  
Principes Dei exemplo viduas habere debent sub sua protectione, num. 13.  
Dni Jacobi Hispaniarum vnici Patroni auctoritas recensetur, num. 14.  
Deus in humani generis protectione vitatur Angeli, num. 170.



lorum ministerio, num. 15. *Vi illos regant, dirigant, & teneant à diabolis violentiis, ibid.*  
 Deus mandavit Angelis, ut homines custodiant, & teneant, num. 16.  
 Angelos mittit Deus, ut tollant scandala Regni, num. 17.  
 Violentias, & scandala abhorret Deus, num. 18.  
 Deus cuncta ordinavit ad defensionem Reipublice, num. 19.  
 Reges Deus creavit, ut protegam vi oppressos à violentiis, num. 20.  
 Saul constitutus fuit Rex à Deo ad protectionem populi, num. 21.  
 Paci omnium Prouinciarum prouidendum est, num. 22.  
 Reges in temporalibus dicuntur Vicarij Dei, eiusque vicem, & locum tenent, num. 23.  
 Reges in temporalibus Dei imaginem habent, & ideo veraces esse debent, num. 24.  
 Rex est Vicarius Dei, non ad ostentationem, sed ad protectionem vassallorum, num. 25.  
 Et sicut à Deo habent delegatam potestatem, Deum debent imitari, ibidem, & num. 26.  
 Protectionem, cum sapè sit necessaria, non est vero simile sibi referuasse Deum, sed sui vicem gerentibus commississe, num. 27.  
 Recursus ad Deum immediatè in cunctis oppressi-  
 nibus non est homini possibile, num. 28.  
 Principum precipuum officium est Ecclesiam, dogmata, & personis Ecclesiasticis tueri, num. 29. & seqq.  
 Regia potestas non solum ad mundi regimen, sed precipuè ad Ecclesiam praesidium fuit collata, num. 31.  
 Rex ad restorationem, & reedificationem Temp-  
 lorum potest redditus Ecclesia sequestrare exemplo Regis Ios, num. 32. & n. 39. & 65.  
 Ad Reges Christianos pertinet, ut temporibus suis pacatam habeant suam Matrem Ecclesiam, n. 33. & 34.  
 Reges seruiunt Deo, si in Regno suo bona iubeant, & mala prohibeant, que ad Religionem diuinam pertinent, num. 35. & 36.  
 Vbi gubernaculum disciplina contemnitur, restat ut religio naufragetur, num. 37.  
 Reges quomodo seruiunt Domino, si ea, que contra ipsam sunt religio seneritate non plectuntur, num. 38.  
 Boni Principis est omnia, que ad Ecclesiasticam functionem spectant tueri, num. 39.  
 Ecclesia tranquillitas, & Religionis, Principi inter-  
 est, num. 40.  
 Pro protectione praestanda tributum datur Regi, num. 41.  
 Princeps magnam debet habere sollicitudinem circa Dei dogmata, & Sacerdotum honestatem, num. 42.  
 Regibus commendant Deus defensionem Ecclesie, num. 43.  
 Et statum Ecclesie custodire, & eius tranquillitatem curare, num. 44. 45. 46. & 47.  
 Principes praesertim habent obligationem, ut Ecclesia protectores, Christiane Religionis curam habendi, statimque Ecclesiasticum in pace conseruare, num. 48.  
 Principes speciales studij debent res Ecclesie tueri, num. 51. & 49. & seqq.  
 Atque cultum diuinum, ibid.  
 Principes Catholici sicut protectores sunt Eccle-

sis, ita honoribus condecorandi per Pontificem, num. 51.  
 Principes Deo reddent rationem Ecclesie, quum à Christo tuendam susceperant, num. 52.  
 Principes à Deo potestatem acceperunt principaliter, ut Dei Ecclesiam inuarent, num. 52. & 53.  
 Princeps vim, fraudes, turbas, & externa mala ab Ecclesia debet arcere, num. 54. & num. 55.  
 Principis boni est, omnia que ad Ecclesiasticam functionem spectant tueri, num. 56.  
 Imperatores assistebant Conciliorum celebrationi, ut obsterent inquieti, & turbationibus, n. 57. & 58.  
 Principes in coronatione iurant defendere Ecclesiam, fidem, & Sedem Apostolicam, quarum sunt protectores, num. 58.  
 Et sunt protectores Conciliorum, & omnium ad status Ecclesiastici conseruationem & tuitionem spectantium, num. 59. & 60.  
 Regis manus nuda est Ecclesie, num. 61.  
 Diuisio inter iurisdictionem Regiam, & Pontificiam, non procedit per viam repugnantia, sed simplicis distinctionis, num. 62.  
 Principi quandoque licet desinere super concernentibus honestatem Ecclesie, & eius tranquillitatem, num. 63.  
 Rex vocatur protector Ecclesie, num. 64.  
 Boni Principis est de pace Ecclesiarum tractare, & contraria reparare, & adificare, num. 65.  
 Rex multum potest circa reformationem statum Ecclesiasticum, num. 66.  
 Principes Christiani protectores sunt Concilij Tridentini, sicut vniuersaliter Ecclesia, num. 67.  
 Sum protectores Religionis Catholice, ibidem & num. 68.  
 Imperia non dubitauerunt sacris seruire, num. 69.  
 Religio tutela, & conseruatio, & timor Dei solum custos societatis hominum inter se, num. 70.  
 Imperij securitas in Ecclesiarum pace consistit, num. 71.  
 Vassallorum otium, & tranquillitatem debet Principis vigilantia, industria, & occupatio, defendere, num. 72.  
 Cor Regni (nempè Rex) vigilat dormiente Regno, num. 73.  
 Reges exemplo apum, & gruum dantur ad regimen, & protectionem oppressorum, num. 74.  
 Imperium nihil aliud est, quam cura salutis aliena, num. 75.  
 Regnum non tam ad Regis, quam ad vassallorum utilitatem est introductum, num. 76. & 74.  
 Rex non est effectus Domini rerum particularium, sed earum creatus protector, num. 77.  
 Absque imperio nec natura ipsa, nec gens, nec mundus stare poterat, num. 78.  
 Reges electi sunt, ut timore suos populos à malis coercerent, & vassallos in fide, & aequitate defendant, num. 79.  
 Et ut vim hostium propulserint, ibid.  
 Principes armis ad tuendum imperium, & propul-  
 sandam iniuriam instruiti esse debent, n. 80. & n. 81.  
 Regnantis est laus, si ab omnibus pax aueratur, & tota Reipublica morum honestate vestiat, num. 81.  
 Principis opinionem late dissentat subditorum custodia tranquillitas, num. 83. & 84.  
 Regi precipua est Reipublica salus, & vassallorum tranquillitas, num. 85.

Regibus

Regibus nihil magis studiosum, quam Sacerdotum honestas, num. 85.  
 Principis precipuum est interesse, subditos tranquillitate frui, num. 87.  
 Vassallorum diuitia, & utilitates sunt sicuti Principis, quia utilitas Regni est utilitas Regis, num. 88.  
 Princeps laudatur in opulencia, & fortitudine vassallorum, num. 89.  
 Regnantis est gloria subditorum otiosa tranquillitas, num. 90.  
 Honor Regis in pace subditorum consistit, num. 91.  
 Nihil gloriosum nisi tutum, ibid.  
 Vbi necessitas & violentia instant, imperiale remedium inuocandum est, num. 92.  
 Finis & obiectum Regis creandi est tutio Regni, & vassallorum, num. 93.  
 Miserabiles à potentioribus semper vexari multa Sacra Scriptura testimonia habentur, numer. 94.  
 Principi tanquam tutor, pater, & defensor vassallorum debet potestatem sibi demandatam exercere, num. 95.  
 Regem cum Regno iam rationem habere, quam tutor cum pupillo, maritus cum uxore, &c. ibid.  
 Iustitia Principis pax est populi, iustamen patria, immunitas plebis, solacium pauperum, &c. num. 96.  
 Violentum est, quod contra legem est, num. 97.  
 Princeps vigilans esse tenetur, ne violentias subditi patiantur, num. 98.  
 Publicum verum status ex privato sapius turbatur, & ex eo publica oritur pernicies, num. 99.  
 Vis in populo abesto, lex est duodecim Tabularum, num. 100.  
 Hispaniarum Principibus pietate praecellentioribus magis conuenit vi oppressorum protectio, num. 101.  
 Defensio vi oppressorum cum ipso est Regno ab origine orta & Regni obiectum, num. 102.  
 Regnum non propter Regem, sed propter protectionem vi oppressorum à Deo fuit creatum, ibid.  
 Protectio est de Regalibus Principi competens in signum supreme potestatis, num. 103.  
 Piscationum redditus inter Regalia Principis computatur, num. 104.  
 Piscare non est de iure prohibitorum, num. 105.  
 Piscatio quantum ad protectionem est Regalia Principis, num. 106.  
 Littora maris sunt Regalia Regis respectu protectionis, num. 107.  
 Suprema Principis potestas (que Regalia est) versatur in vigilantia in subditos, num. 108.  
 Recursus ad Regem est Regalia ipsius inalienabilis, & inseparabilis à Corona, num. 109.  
 Rex non potest à se abdicare Regaliam, recursus, nisi renuntiando Regno, num. 110. & seqq.  
 Recursus ad Regem est de Regalibus maioribus competentibus ei in signum supreme potestatis, num. 111.  
 Recursus ad Regem est Regalia à Rege inabdicabilis, num. 112.  
 Et Principi referuata in signum supreme maiestatis, num. 113. inalienabilis, & inprescriptibilis, ibid.  
 Maiestatis Regis nihil conuenientius quam Eccl-

sia instituta, ritus, & Sacerdotalia iura tueri, num. 114.  
 De Regalibus solum iudicat Senatus interdicta aliis Iudicibus cognitione, num. 115.  
 Ius competens Regi ex privilegio, aut consuetudine in Ecclesiis est Regalia ipsius, num. 116.  
 Maioria Regis est custodire, & tueri bona Ecclesie Cathedralis mortuo Prelato tradenda nouiter electo, referunt consuetudo Hispanie, num. 117.  
 Et hac maioria Regis Regalia eiusdem dicitur, num. 118.  
 Regium ius est Ecclesiasticam disciplinam, & mixta sacra tueri, num. 119.  
 Protectio oppressorum precipuum Regis officium est, aliis alienum, non precario, sed proprietate sumis, num. 120.  
 Regalia eo dicuntur, quia aliqua specialiter Regi magis conueniant, num. 121.  
 Vbi absolutè Regalia nominatur precipuè intelligitur de protectione vi oppressorum, numer. 122.  
 Honor Regius, que est ipsa Maiestas dicitur Regalia Regis inabdicabilis, num. 123.  
 Maioria Regis dicitur Regalia de ipsi referuatis in signum supreme Maiestatis, num. 124.  
 Maiestas summa Coronae referuata dicitur maioria Regis, num. 125.  
 Recursus ad Regem est maioria inseparabilis à Corona, num. 126.  
 Regnum nihil aliud est quam nobilis seruitus, num. 127.  
 In premium summi laboris plura specialia Regibus referuatur ad publica utilitatis commodum, num. 128.  
 Regalia verbum comprehendit omnia patrimonialia, & Fiscalia Regis, num. 129.  
 Regalia numerata in cap. 1. que sunt Regalia non excludunt alias esse Regalias, num. 130.  
 Genus non taxatur in enumeratione specierum, cum loco exempli apposita intelligantur, num. 131.  
 De Regalibus potest Principi cognoscere etiam inter Ecclesiasticos, num. 132.  
 Rex super protectionis Regalia cognoscit inter Ecclesiasticos, num. 133.  
 Super controuersia innum Regalium Rex cognoscit etiam inter Ecclesiasticos, cuius iurisdictioni nequit declinari, num. 134. & num. 135. ubi de iure Regio patronatu.  
 Ecclesiastici ratione Regalium, qua tenent sequuntur forum Regis temporale, num. 136.  
 Regalia Regis est ius Regium patronatus, n. 137.  
 Ius patronatus pertinens Regi efficacius est aliò qualibet, num. 138.  
 Super beneficiis Regis patronatus, & eorum redditibus, & dotibus etiam inter Ecclesiasticos cognoscit Rex, tam de proprietate, quam possessione, num. 139. & num. 140.  
 Ius percipiendi decimas Regi concessum à Sede Apostolic. ipsius Regalia est, num. 141.  
 Et de iis iuribus, decimis, & certis cognoscit Rex, num. 142.  
 Sive tractetur de iure harum decimarum siue de facto, num. 143.  
 Super re donata per Regem Ecclesia cognoscit Rex, num. 144.  
 Res Ecclesia procedens à Rege efficitur de foro ipsius Regis, num. 145.

A 2 Super



Super redditibus (vulgo iuros) & aliis mercedibus factis per Regem Ecclesie cognoscit Rex, num. 146.  
 Super feudis habitis à Rege per Ecclesiam cognoscit Rex, num. 147.  
 Super protectione vi oppressorum (qua Regi competit de iure vii Regalia) potest Rex cognoscere inter Ecclesiasticos, cum aliter suum auxilium prestare non possit, num. 148.  
 Oppressus occurrens ad Regem debet de violentia docere, num. 149.  
 Violentia non presumitur, nisi probetur à vim patiente, num. 150.  
 Tanquam iniuri naturalis odiosa, ibid.  
 Violentia probatio incidit in protectionem per necessariam consequentiam, num. 151.  
 Rex ad prestendam defensionem quamvis eget cognitione, non tamen iurisdictione eget, num. 152.  
 Protectio Ecclesie, aut persone, cui commendata est defensio extra iudicialis, non iurisdictione attributa intelligitur, num. 153.  
 Protector, cui protectio commendata est, potest etiam armis commendatum defendere contra oppressores, num. 154.  
 Commendatus protectioni alicuius ad instar forensis habetur, in quem protector non acquirit iurisdictionem, num. 155.  
 Populi iure federis, vel pro pacis mediis alicuius potestati commissi, liberi esse non desunt, num. 156.  
 Limita, nisi submissio ita procedat, ut iurisdictionem etiam indicet, num. 157.  
 Exemptio à iurisdictione ordinaria non inducitur, quando Ecclesia, aut Hospitalis alterius protectione committitur, num. 158.  
 Iurisdictione non requiritur in supersedente ex iusta causa in executione rescriptorum ad effectum rescribendi Pontifici, num. 159.  
 In retentionis Bullarum recursu, cur probatio per testes admittitur, num. 160. remissive.  
 Vbi adest necessitas publica, damnum irreparabile Republica, etiam Ecclesiastica, scandalumve aliquod, Princeps summa reverentia detinet litteras Apostolicas, donec Pontifex informatus quid censuris, referat: num. 161.  
 Regali officio pertinet statum Ecclesiasticum spirituales, cultum divinum, dogmata, & Religionem in pace custodire, & in tuto conservare, num. 162.  
 Principes culpantur, qui contra precepta Dei instituta non prohibent, laudantur tamen hoc facientes, num. 163.  
 Violentia, & iniuriam factam Predicatoribus missis ad terras infidelium ad predicationem verbi Dei Rex Christianus omnino repellere tenetur, num. 164.  
 Vbi etiam quod tenetur defendere vassallos tyranni Principis, & infidelis impediens eos recipere Evangelium, & audire verbum Dei, n. 165. & 166.  
 Hac debellatio, & defensio non tendit ad compellendum, ut recipiatur fides, sed ad protectionem innocentium, tam predicantium, quam volentium illam recipere, num. 167.  
 Christiani ius habent denuntiandi Evangelium ubique terrarum, & mittendi concionatores, ad quoscumque infideles, num. 168.  
 Rex infidelis impediens suos vassallos audire ver-

bum Dei, vim illis, & iniuriam facit per Christianos Principes, propulsandam, num. 169. & num. 170.  
 Principes infideles omnes compelli possunt, ne fidei Predicatoribus vim, & impedimentum inferant, num. 171.  
 Bellum infidelibus inferri nequit, eo tantum quod fidem non recipiunt, num. 172.  
 Bene tamen si Predicatoribus, aut volentibus fidem recipere violentia inferatur, numer. 173.  
 Pontifex potest mittere Predicatos in universum, & alicui Principi Christiano submittere eos, qui vim predicationi inferunt, num. 174. & 175.  
 Predicatos Fidei à se eicientes, & relegantes vim inferunt contra ius divinum, & naturale, num. 176.  
 Principes Christiani ex debito officii tenentur Ecclesiam, cultum divinum, dogmata, & religionem tueri, num. 177.  
 Indi vii miserabiles persone, talium privilegia gaudent, num. 178.  
 Indiorum protectio & defensio maxime commendata est à Catholicis Regibus, num. 179.  
 Noviter ad fidem conversis, vii miserabilibus personis debita est protectio ad iniurias & violentias, num. 180.  
 Recursus ad Regem cum universali ter apud omnia Christiana Regna fuerit introductus, ius gentium dicendum, à iuris naturalis ratione proniens, num. 181.  
 Ius gentium semper à Ratione naturali assumendum, licet à principio ab omnibus gentibus non fuerit inventum, num. 182.  
 Mos gentium sequi debet, num. 183.  
 Recursus retentionis Bullarum ab omnibus fere doctis, & piis viris tam Iuristis, quam Theologis fuit approbatus, num. 184.  
 Recursus ad Regem fundatur in iure naturali, num. 185.  
 Quod in legem naturalem, aut divinam committitur, in omnium tenet iniuriam, num. 186.  
 Respublica ubi vel Idololatria, vel oppressionibus violentis vexatur, cuiuslibet licet eam defendere, num. 187.  
 Lex naturali ordinante, ibid.  
 Homines, vel sola naturalis humanitatis ratione cogente tenentur hominum mores ad bonum dirigere, & ab oppressionibus sub tyrannorum ingo passis protegere, num. 188.  
 Communis societatis vinculo cogitur vim patientes adiuvare, num. 189.  
 Non defendens ab iniuria, si potest, tam in culpa est, ac si patriam, & patrem deserat, num. 190.  
 Fortitudinis virtus est obviare iniuriis, & vim patientem defendere, num. 191.  
 Reges ad virtutem fortitudinis tenentur obviando violentiis, num. 192.  
 Protectio vii oppressorum, & patrie, fortitudo est plena iustitia, num. 193.  
 Violentia oppressorum urbanam tolletur per Principem, qui suum, & eorum ius gerit, cuiusque ex debito Regalis officii protectio competit, num. 194.  
 De iuris naturalis incommutabilitate plura remissive, num. 195.  
 Vim inferant, & actum involuntarium red-

dam nimia persuasiones, & importuna preces, num. 196.  
 Senatus praxis refertur quo expeditur provisio, ut Nonitus constituitur in tuto, & libertate, & eius exploretur voluntas ad profectendum, quoties adest suspicio de morali violentia per importunas preces, aut fraudes, num. 197.  
 Augustini Barbof. & Anton. Diana fundamenta contra recursum noviter inventum, destruntur, num. 198. remissive.  
 Recursum ad Regem impugnans nullus habentis auctoris inuincibilibus fundamentis satisfacit, sed consulto omisit ne in responsione labatur, ibid.



TER præclaras Sedis Apostolicæ sublimes, & maiores Regalias hæc vna inabdicabilis (quæ visceribus sacri Diadematis Pontificalis affixa est & connexa) reverentia nempe humilis & obedientia, ab omnibus Catholicæ Fidei, & Christianæ Religionis professoribus præstanda, vii iure divino inuicibiliter debita. Quæ certè signum est, & effectus illius supremæ maiestatis, & potestatis Papæ, Franciscus Ioanctus Bononicensis in cap. 90. & 93. Paulus Amilius lib. 2. historiæ Francorum, Vuympel. in epitome rerum Germanicarum, cap. 9. Aimoisus in lib. 4. de gestis Gallorum, cap. 90. Ioseph Steuanus in tractat. de adoratione pedum Roman. Pontificis à cap. 1. & sequent. & cap. 6. Marta de iurisdictione. 1. par. cap. 46.

Quæ sanè humilis reverentia tunc merito exhibetur; quoties ad eam recurrunt Fideles, & supplicationem interponunt à litteris importune, & subrepticè impetratis contra suam sanctissimam intentionem, in damnum, & perniciem Republicæ temporalis, Ecclesiasticæ aut spiritualis scandalum patientis, vt de convenienti remedio providere dignetur, ne pax publica turbetur, & commune votum detrimentum patiatur.

Sic sanè recognovit Imperator, dum in Authent. vt qui prouincialem hominem extra territorium suum ius proderit, &c. In principio, inquit: Multi sanè, cum nos aduent, do-cent potentiam nostram; atque merito supplicatio ad Papam, aliūve Principem supremum & actus est humilitatis & reverentia, abundè probat Abb. Panormit. in cap. ex litteris num. 6. de restitutione in integrum, Martine. de commissionibus 1. par. cap. 1. num. 44. ac verè obtemperat, qui humiliter rescribit, licet interim executionem suspendat litterarum, Pereira de manu Regia 2. par. cap. 65. num. 3. quod & Nos copiosè tractauimus hæc 1. par. cap. 3. & §. unico. imò per omnia cap. eiusdem 1. par. & post Abba. Palat. Rub. Driedo, & Couarr. idem fitimat Manuel Rodriguez loco per Nos citato, hæc 1. par. cap. 7. num. 58. & 59. Supponit etenim supplicatio altitudinem supremæ Maiestatis, & plenissimæ potestatis simul, vt per Catald. de Bon comp. in tractat. de potestat. Papa, num. 14. & 15. & per l. Principes, ff. de legibus, & l. digna vox, C. eodem, l. fin. C. si contra ius vel iustitiam, publ. cap. proposuit de concef-

sion. præben. Bal. in cap. 1. qual. de feud. prop. priu. DD. in cap. cum venissent, de iudiciis, Cructa cons. 4. 1. num. 3. & 4. ascribit Marchesanus de cons. misson. 1. par. dist. cap. 1. num. 1. & 2. quoniam qui alios supplicant, fatentur se humiles, & adoratissimos iuxta illud Horatii lib. 1. Epistolat. Epistol. 2. ad Lucianum:

— Ius Imperiumque Phœnates  
 Cesaris accepit genibus minor.  
 Linius de legatis Locrentium, lib. 29. Virgilius 8. Aneidorum.

— Me me ipse mecumque  
 Abieci caput, & supplex ad limina veni.  
 Ouidius.

Et genibus pronis supplex, similisque rogant.  
 Et qui reges Principesque adeunt, adulatoriè, & paratitè Deos faciunt, dum illos rogant, & supplicant, vii Martialis peracutè sentit lib. 8. Epigrammate 24. ad Casarem Domitianum.

Si quid forte petam timido, gracillique libello,  
 Improba non fuerit si mea carta, dato.  
 Et si non dederis, Casar, permittit rogari:  
 Offendunt nunquam thura, precesque Iouem.  
 Qui singi sacros auro, vel marmore vultus,  
 Non facit ille Deos, qui rogat, ille facit.  
 Omnes quippe adorationis, & supplicationis modi, quibus antiqui vtebantur, eo tendunt vt se adorantes humilissimos, & humiles erga adotatos intendant, vt referunt Rhodiginus multis in locis, Pytheus aduersariorum 1. cap. 17. Auerecus lib. 10. variarum cap. 1. Iustus Lipsius 2. lib. elect. cap. 6. Pierius Valerianus Hæretoglyphicorum lib. 35. & alij, quos citat Pineda è Societate IESV in Commentariis in Iob; & tandem facit illud Virgilij 2. Aneidorum:

Adte confugio, supplex tua numina posco.  
 Atque etiam supplicatio gratiam & liberalitatem arguit eius, cui supplicatur; Marant. de ordine iudicij 6. par. actus 2. tit. de appellat. num. 18. in fin. Afflic. decis. 341. num. 3. Lancelotus de attent. 2. par. cap. 159. num. 25. Hieronymus, Gonz. in Reg. de mens. & alterna. glos. 49. num. 10. Nicol. Giarci. de benef. 5. par. cap. 1. sub num. 233. Sic insuper Principi seruire dicitur, qui supersedendo in litterarum executione eundem consulit, & rescribit, ac damna inde oritura humiliter repræsentat, Glessa notabilis in §. si quis autem, verb. Numiam in Authent. de manaa. Princ. Cagnollus in Rubric. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit, num. 8. Ponte de potestat. Provegus, titul. 2. de abundantia ciuitatis, §. 3. num. 13. 14. & seqq. vbi Torus additionator. & in decis. 23. & in cons. 53. num. 5. lib. 1. Afflic. in consil. ac legat. num. 11. & 12. infinitos alios congerit Anton. Amat. variar. resolut. lib. 2. resolut. 72. num. 26. & ex aliis Nos infra hæc 1. p. cap. 7. num. 59.

Acidèd hanc humilem reuerentiam, huncque recursum Regaliam esse, tenetique Principem supremum ex debito officii, & de necessitate muneris omnino saluti Republicæ, eiusque paci & tranquillitati consulere, & violentiis vigilanter occurrere: satis abundè per huius capitali discursum apparebit, atque etiam plura iura Canonica ostendunt clarè infra hæc 1. par. cap. 3. §. vnic. à num. 45. & sequentibus, allegata.

Respublica illa infelix & lamentabunda iudicatur,  
 A 3



dicatur, quæ violentiis oppressa, remediis destituta & protectore caret, sic *Ecclesiast. cap. 4.* in hæc verba: *Veni me ad alia, & vidi calumnias, quæ sub sole geruntur, & lacrimas innocentium, & neminem consolatorem: nec posse resistere eorum violentiæ cunctorum auxilio destitutos, & Dives Augustinus super Psalmo 32. inquit: Omnia indignis domino, & misera, & felicias quia sine illo miser non subleatur, & felix non regitur: comprobatur autoritate Deuteronomij, cap. 28. litt. C. Opprimaris violentia, nec habes qui libere te. & Et Psalmo 37. Qui iuxta me erant de longe steterunt, & vim faciabant, qui querebant in iniquitate meam. Et Psalmo 81. Deus meus est in me, ne discesseris a me: quoniam tribulatio proxima est: quoniam non est qui adiuuet. Et Psalmo 70. ibi: Dicentes, Deus dereliquit eum, persequimini, & comprehendite eum: quia non est qui eripiat. Et idè Ecclesiast. cap. 4. sic dicitur: *Va soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem se; & Job cap. 6. Ecce non est auxilium mihi in me, & necessarij quoque mei recesserunt a me: & illud Isaie Prophetæ, cap. 5. num. 20. Clamat pauper vim patiens, malus iudex & eum non exaudit, vociferatur, & non est qui iudicet, pauperes despiciunt, & diuites honoratis. O miseri, qui indicatis vosmetipsos, & facti estis iudices excogitationum iniquitatum. Commemoratur Anton. Rosel. lib. 2. memorabilium cap. 2. num. 3. Redin. de potest. Principis, verbo *Largum beneficium, num. 37.* Pechius in regula in iudiciis, num. 3. de regul. iur. Manfius de iure Principum, lib. 8. cap. 7. Bobadill. in Polit. lib. 5. cap. 1. vbi refert Plutarchum, Guillelmum à Robille, de iustit. & iniust. lib. 3. fol. 23. col. 4. & fol. 24. col. 1. & 2. Conducit Psalmus 71. *Quia liberavit pauperem à potentia, & pauperem cui non erat adiutor, in Ecclesiast. cap. 51. ita legitur: Circumdederunt me undique, & non erat qui adiuuaret, respiciens erant ad adiutorem hominum; & non erat: memoratus sum misericordie tue & Domine, & operationis quæ à seculo est, quoniam eras sustinens: te Domine, & liberas eos de manu gentium.***

Sed Deus ipse, Rex Cælestis, Imperator, & creator generis humani variis Sacræ Scripturæ locis, protector eiusdem acclamatur, prout multorum meminimus in tractat. de Reg. prot. 1. par. cap. 1. à num. 40. cum multis sequentibus: quibus & plurima alia hoc capite sunt addenda. *Genesis 15. C. Ego Dominus protector tuus, Ecclesiast. in lib. 2. litt. C. Protector est omnibus exquirimentibus se, & cap. 51. litt. A. Adiutor & protector factus est, & per Prophetam Regem passim hoc attributum Deo & reperimus, & Psalmo 17. litt. A & E. Psalmo 26. litt. A. Psalmo 17. C. Psalmo 3. A. Psalmo 32. D. Psalmo 70. A. & 113. C. & 143. A. & alibi passim. *Genesis 19. ibi: Noli timere Abraham, ego protegam te, merces tua multa erit valde, &c. Relatum in cap. dicit aliquis 23. quest. 5. quare Deus dicitur fortis & Princeps pacis, Isaie 1.9. ibi: Deus fortis, pater futuri & sancti, Princeps pacis, & lib. 4. Regum cap. 10. Ita loquitur Deus: Sed & de manu Regis Assyriorum liberabo te, & civitatem hanc, & protegam urbem istam, &c. *Genesis cap. 2. legitimus, ab origine creationis Deum de hominibus & tutela curasse, ibi: Tulle ergo Dominus, Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, ut operaretur, & custo-***

direr illum, &c. Quòd altius interpretatur Augustinus lib. 8. de *Genesis ad litteram, cap. 10.* videndus etiam Pater Guzm. in tractat. *Bienes del honesto trabajo; & per Hieronimam cap. 1. inquit Dominus: Ne formides à facie eorum, nec enim timere te faciunt vultum eorum, quippe ledi te hodie in civitatem nuntiant, &c. Et vallabunt adversum te, & non pravelebunt, quia ego tecum sum, ait Dominus, ut liberem te, &c. Facit etiam homilia venerabilis Bedæ super c. 6. Marci lib. 2. cap. 28. como 5. ibi: *Vnde est illa vox inter undas praelibetque tentationum deprehensa, atque auxilium protectionis illius gemibundo clamore querentis, ut quid Dominus, &c.**

Protector itaque ipse Deus promptè præstòque vi oppressorum & clamantibus adest expressis; iuxta illud Isaie cap. 18. *Domine vim patior, responde pro me, &c. Sed adhuc & tacitis acclamantibus, ut diligens protector occurrit, testatur Dives Chrysolomus, homil. 2. super Matheum, ibi: Quando pauper violentiam patitur à potente, etiam si non est ausus vociferari, sed latenter lacrymatur, tacitus eius clamor in excelsis auditur, & ratio redditur Ecclesiast. cap. 5. ibi: Quia vox pauperis penetrat nubes, & non descendit donec audiat, &c. meminit Gregorius Lopez in l. 5. titul. 3. par. 3. Bobad. in Polit. lib. 2. cap. 2. num. 35. in margine; & eodem Ecclesiast. cap. 5. sic legitimus: *Si videris calumnias egenarum, & violenta iudicia, & subverti iustitiam in provincia; non mireris super hoc negotio; quia excelsior est alius, & super hos quoque eminentiores sunt alij, & insuper cunctis terra Rex imperat. Baruc, 4. litt. F. Nocentes peribunt, qui te vexaverunt, & 2. Macchab. 1. ibi: Assidè opprimentes nos, & Ecclesiast. 4. D. ibi: Noli esse quasi leo vsque opprimens subiectos sibi; & Ecclesiast. cap. 45. inquit: Non despicit Dominus viduam, si fundas loquelam gemitus, nonne lacryma vidua à maxilla descendunt? Et exclamatio super dedecentem eam, à maxilla enim descendunt vsque ad Cælum, & Dominus exaudior delectabitur illis. Quare tuendas esse viduas à Principe, & alios oppressos, & dicit Mattheus de magistrat. lib. 3. 13. cap. 4. num. 7. & sequentibus, & Job cap. 29. inquit: *Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi, eò quod liberasset pauperem vociferantem, & pupillum, cui non esset adiutor, &c. Conducit quod gloriosissimus Apostolus noster Hispaniarum vicus & patronus, 14. Dives Iacobus, cap. 2. ibi: *Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipsi trahunt vos ad iudicia? &c. Et Machabeorum, lib. 1. cap. 12. & dixit Ionathas: vti quid vexasti vniuersum populum, cum bellum nobis non sit? Facit illud Homeri, Odyss.****

Immortalium diuinum auxilium desiderat omnium Virgil. 2. Aeneidos.

Ad te confugio, supplex tua numina posco.

Hinc Deus zelotes generis humani ad huius protectionem: & vtitur etiam Angelorum ministerio, & ad mundum gubernandum, & ad tuendos homines ab omnibus violentiis diaboli, iuxta Prophetam Psalmo 37. ibi: *Et vim faciebant, qui querebant animam meam, &c. Colofenses cap. 10. versul. 16. Ephes. 1. vers. 21. Et vt ab omni diabolica vi custodiant homines, & tuantur, Psalmo 9. 11. Math. 18. 10. 2. Regum c. 16. & 17. Actuum Apostolorum, 5. cap. 19. quatenus in afflictionibus, tam ad corporalem quam ad*

ad spiritualem vitam tangentibus homines consolantur Angeli, corroborant, & erigunt consiliis, pisque auxiliis. 2. Samuel 24. 15. 16. 1. Regum 19. 5. 7. 2. Regum 1. 3. Actuum 27. 23. 14.

Atque denique Angelorum opera vtitur Deus in nobis custodiendis, multaque per & illos nobis beneficia præstat, Daniel 10. 5. 6. Matthei 28. 3. & Psalmo 90. ibi: *Angelus suus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis; super quo Psalmo multa videnda per Dium Bernard. Deus etiam Angelos suos mittit, vt tollant scandala Regni, & Matthei cap. 13. littera F. ibi: *Mittere filios hominis Angelos suos, & colligent de Regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem. Et illud Psalmo 33. Iste pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum, & de omnibus tribulationibus eripuit eum, immissit Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripuit eos.**

Et cum violentiis abhoret Deus, Ezech. 18. cap. 46. vers. 18. & tigotes & punit, Proverbiorum 11. vers. 24. cuncta in terris ita ordinant, & Reges creant ad defensionem vi oppressorum, vt testatur ipse Deus per Isaiam 19. cap. 45. ibi: *Ego tamen & totum ordinaui ad liberationem populi mei, &c. Quippe à Deo datum est regimem principibus temporalibus hoc tantum sine, qualitate, & attributo; vt populum, Republicam & vasallos defendant à violentiis, vt eoque in pace & quiete consentent & tueantur, latissime probauimus, in tract. de Regia prot. 1. part. cap. 1. praludio 1. à n. 4. cum multis sequentibus, & iterum, praludio 3. à num 5.*

Quibus adde Sacræ Scripturæ Autoritatem, 1. Regum. cap. 15. vbi Saul constitutus est & à Deo Rex ad protectionem populi, & illud Esther. cap. 16. ibi: *Providendum est paci omnium provinciarum. Iudicum, & cap. 3. num. 8. & seqq. ibi: Et clamauerunt ad Dominum, qui suscitauit eis saluatorem, & liberavit eos, Othoniel videlicet filium, &c. Quicunque terra quadraginta annis, &c. & Exodi cap. 2. num. 17. ibi: *Superuenere pastores, & eiecerunt eas: surrexitque Moyses & defensis puellis adaquauit oues earum, &c.**

Quare Reges in temporalibus dicuntur Vicarij Dei, eiusque locum & tenentes, ac substituti, & hoc attributo & sine constituti sunt à Deo, vt Nos latissime probauimus, 1. part. de Reg. prot. cap. 1. à num. 41. quibus adde l. 3. titul. 8. lib. 8. Recopilation. ibi: *Ca tan grande es el poder del Rey, que todas las cosas y todas los derechos tiene sobre sy, y el su poder no lo ha de los hombres, mas de Dios, cuyo lugar tiene en la cosa temporal; &c. Pelaez Mieres in tractat. de maior. 4. part. quest. 22. num. 42. Bobad. in Polit. lib. 1. cap. 2. num. 18.*

Hinc Agidius columna in tract. de regimin. Princip. lib. 1. part. 2. dicit: *Decere Reges & Principes esse veraces, quia dij sunt & in terris, & Dei imaginem habent. Dives Augustinus quest. 35. in ver. tractat. Plutarchus in lib. ad Princip. in eadem. Schualembergius de Regio animo, part. 1. pag. 81. idem Plutarch. 3. tomo moral. in comment. libri; cui titulus, in Princip. requirit doctrinam, in hæc: *Quem admodum enim Deus in Cælo pulcherrimum sui ipsius simulacrum constituit Solem, & Lunam, talis est in**

Republica, imago, & lumen Princeps, qui Dei reuerens iustitiam tuetur; hoc est, Dei rationem gestat; vt interpretatur Valensuela, Velazques in discursu status, & Belli part. 2. considerat. 13. à num. 13. vbi latè comprobatur quod Rex in temporalibus Vicarius sit Dei, Vegerius lib. 2. de re milit. capit. 5. Calaneus in Cathalogo glos. num. 9. par. considerat. 14. cap. 30. num. 16. Petrus Gregorius de Republic. lib. 6. cap. 5. num. 3. & sequenti. Dives Thomas de Regim. Princip. cap. 12. Randin. de Maiestat. Princip. verb. Imperatoriam, num. 10. Orozco de Regis institut. tract. 3. cap. 25. Anton. Augustin. de legibus, c. 2. in principio, & alij quos citat Valenquel. vbi proximo, & Nauarrete in los discursos politicos c. 12. eolum. 5. dicit, quòd Reges sunt Vicarij Dei in temporalibus, & non ad ostentationem & fastum, sed ad protectionem vasallorum miserabilium, & sicut à Deo habent delegatam, & mandatam potestatem, ita illum debent imitari.

Comprobatur ex eo quod dicit Bellatmin. de officio Princip. lib. 1. cap. 9. fol. 53. *Principes, ait: Quibus & Deum nomen suum communicare dignatur, ea puritate nitere procurant, que tanto nomini conuenit; sequitur Marius Giurid. conf. 1. sub num. 27. vbi latissime plucibus citatis Doctoribus & diuina Scripturæ locis, inquit, Principes Deos esse, & Dei vicem & locum obtinere (scilicet in temporalibus) vide inferius hoc cap. num. 95. vers. Potestatem ergo, &c. vbi probatur, quòd mandatam habent potestatem à Deo.*

Nam cum ista protectio vi oppressorum sapè sit moraliter necessaria & in multis casibus occurrentibus; non est verisimile, eam sibi Deum referuasse; sed hominibus, quos suos ministris instituit, commisisse, quia alias multum defecisset Deus hominibus in necessariis, quod non est providentiæ ipsius consentaneum, vt cum Caletano, Soto, Felino, Nauarro, Couar. & aliis probat Suarez de legibus, lib. 2. cap. 16. num. 2. reddens rationem in hæc: *Quia recessus ad Deum ipsum immediati, non est homini possibilis, nec & est consentaneus ordini naturali, vt homines essent perplexi, & miraculo esset opus, vel speciali reuelatione diuina ad dirigendas suas operationes, quod repugnat omni prudenti prouidentie, &c.*

Hinc præcipuum Principum & Regum piorum officium est; Ecclesiæ, ipsius immunitatem, & dogmata, & personas Ecclesiasticas defendere, atque tueri, scripsit Dives Augustinus epistol. 48. 50. & 165. quem ad hoc refert Michaël Agia. de exhibendis auxiliis, fundamento 27. in princip. pag. 109. & testatur Dives Isidorus in cap. Principes 23. quest. 5. in hæc: *Principes saculi nonnunquam intra Ecclesiam potestatis adepti culmina tenent, vt per eandem potestatem & disciplinam Ecclesiasticam muniunt; ceterum intra Ecclesiam potestates necessaria non essent, nisi vt quod non pravelet Sacerdotes efficere per doctrinam sermonem, potestas hoc impleat per disciplina terrorem. Sapè per Regnum terrenum calesce Regnum proficit: vt qui intra Ecclesiam positi contra Fidem, & disciplinam Ecclesiæ agunt, rigore Principum conterantur, ipsamque disciplinam, quam Ecclesia humiliter exerceat non pravelet, ceruicibus superbiorum potestas principalis imponat, & vt venerationem mereantur, virtutibus*



tem potestatis imperialis, sequitur & facit: Cognoscant Principes seculi Deo debere se rationem reddere, propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam suscipiunt, nam siue angatur pax & disciplina Ecclesia per fideles Principes, siue solvatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati suam Ecclesiam credidit. Hactenus de eleganti textu, cuius verba attentè consideranda & ponderanda sunt, & in cap. dicat aliquis 25. in ordine 23. quæst. 5. in fin. ita dicitur, Præterea sicut Principibus & potestatibus fidem & reuerentiam exhibere cogimur, ita secularium dignitatum administratoribus defendendarum Ecclesiarum necessitas incumbit, quòd si facere contempserint, à communione sunt repellendi, &c.

Ad id tendit textus in cap. administratores planè 26. in ordine 23. quæst. 5. ibi: Administratores planè secularium dignitatum, qui ad Ecclesiarum tuitionem, pupillorum ac viduarum protectionem, rapaciùmq; reparationem constituti, &c. quorum redditur ratio vno verbo in capit. res autem 21. in ordine 23. quæst. 5. in hæc: Res autem humanas aliter tuas esse non possunt, nisi que ad diuinam confessionem pertinent, & Regia, & Sacerdotalis defendat auctoritas.

Et Leo Papa epistola 75. ad Leonem Augustinum sic scripsit: Debes Imperator incunctanter aduertere; Regiam potestatem non solum ad mundi regimem, sed maximè ad Ecclesiam proficiendum esse collatam, &c. Vt ausus nefarios comprimendo, & que bene sunt statuta defendas, & veram pacem his, que sunt turbata, restituas, &c. quam refert Michiæl. Agia de exhiben. auxilii. fundamen. 23. & idem repetit Anastasius 2. in epistola ad Anastasium Imperatorem, & Gregorius lib. 9. epistol. 60. ad Regem Angliæ, Agatho. in epist. ad Constantinum 4. provt refert Anton. Augustin. in Epitome veteris iuris Pontificij, lib. 11. tit. 13. cap. 3. Fab. Montel. in praxi arbitrarij 4. par. tit. cap. quæst. 11. num. 15. & 16. Valenquæ. Velazquez in discursu status, & Belli. part. 2. consid. 2. num. 96. & 97. & facit textus in cap. Reatina 63. distinction. ibi: Reatina Ecclesia, que per tot temporum spatia pastoribus destituta curis consistit, dignum est, vt brachio amplitudinis vestra subleuetur, ac gubernationis regimine protegatur, &c. Facit illud Regis Ioas lib. 4. Regum cap. 12. vbi dicitur: Igitur vsque ad vigesimum tertium annum Regis Ioas non instaurauerunt Sacerdotes sarta tecta templi, vocauitque Rex Ioas Ioiadam Pontificem, & Sacerdotes, dicens eis: Quare sarta tecta templi non instauratis? Nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem vestrum, sed ad refectionem templi reddite eam, &c. de quo infra num. 65. & num. 39. quod probatur in cap. quando 39. in ordine 23. quæst. 4. ibi: Quia commouentur potestates Christianas aduersus detestandos dissipatores Ecclesie. Si non ergo mouerentur, quomodo redderent rationem de Imperio suo Deo? Intendat charitas vestra, quid dicam: quia hoc pertinet ad Reges seculi Christianos, vt temporibus suis pacatam velint matrem suam Ecclesiam habere, vnde spiritaliter nati sunt, &c. Quod & idem comprobatur auctoritate Diui Augustini. tract. 11. in Ioannem, sic dicentis: Pertinet hoc ad Reges seculi Christianos, vt temporibus suis pacatam velint habere matrem suam Ecclesiam: sic ergo quando vult Deus concitare potestates aduersus dissipatores Ecclesie, aduersus sustinatores Christi, aduersus bla-

phematores baptismi, non miretur, quia Deus concitat, vt à Sara verberetur Agar: mirantur autem quia commouentur potestates Christiane aduersus detestandos dissipatores Ecclesie; non ergo mirentur, & quomodo redderent rationem de Imperio suo Deo? textus etiam in cap. in seculis 23. quæst. 5. ibi: Quos oportet per secularis potentie disciplinam à tam praua consuetudine coerceri, &c. Mirabiliter conuenit ad propositum, quod ipse Diuus Augustinus, lib. 3. super Chrysostom. allecit in hæc: In hoc seruiunt Reges Deo; si in Regno suo bona iubeant, mala prohibeant, non solum que pertinent ad societatem humanam; sed que ad Religionem diuinam, &c. Lactantius lib. 5. institut. cap. 10. cum nihil sit (inquit) in rebus humanis præstantius, Religionem summam vt oportere defendi; sequitur Eufolius à Kochier in thesaurio politic. lib. 1. cap. 5. vers. Nec mente tantum 1. par.

Vbi gubernaculum discipline contemnitur, restat, vt Religio naufragetur, inquit Pontifex Clem. II. in princip. de statu Monach. facit etiam text. in cap. de Liguribus 43. in ordine 23. 9. loquendo de ministris Ecclesie, ibi: Quos idonea est excellentia vestra, & ratione & potestate reprimere, &c. Erit etiam ibi: Nolite ergo arbitrare huiusmodi homines principali, vel iudiciali auctoritate comprimere: quia regule patrum hoc specialiter constituerunt, vt si qua Ecclesiastica officij persona, &c. Per potestates opprimantur, ecce Domine, quòd animus vester forte iuuuissus est, ne persequi videaris, de patrum vobis auctoritate hæc breuiter dirigenda curauit, cum millia exempla, & constitutiones sint, quibus euidenter agnoscitur, vt scilicet sacros in Ecclesia Dei, non solum exilis, sed etiam prescriptione rerum, & dura custodia per publicas potestates debeant coerceri, &c. Facit text. in cap. nimium 23. 9. 4.

Quomodo ergo Reges seruiunt Domino in simore; nisi ea que contra ipsam Dominum faciunt Religiosa seruitate puniendo, atque pleneudo, verba sunt Diui Augustini, in epistola ad Bonifacium, relata in cap. si Ecclesia in fin. 42. in ordin. 23. quæst. 4. cap. duo ista, eadem causa, & quæst. refert etiam Albanus lib. 1. politic. c. 7.

Cùm boni Principis sit omnia, que ad Ecclesiasticam functionem spectant, tueri, & protegere, cap. boni Principis est, & religiosi Ecclesie contritas, atque confusas restaurare, nouas edificare, Sacerdotes honorare, atque tueri, &c. 96. distinction. cum tranquillitas & pax in Ecclesia ipsorum Principum studij & Religionis interfit, text. in cap. bene. 5. Sancta Synodus 96. distinction. quamquam (inquit Pontifex) studij vestri, & Religionis interfit, vt in Episcopatus electione concordia principaliter seruetur in in Ecclesia, &c.

Propter quod tributum vt Principibus perfoluendum admonet Urbanus Papa in cap. tributum 23. quæst. 8. ibi: Pro pace, & quiete, quæ nos tueri, & defendere debent Imperatores persoluumus, &c. & Diuus Thomas in epistola ad Romanos, homilia 15. cap. 13. lectio. 1. ibi: Principes tributa recipiunt, quasi stipendia sui ministerij: laborant enim ad omnium pacem & quietem seruandam, peccant autem Principes, si vilitatem populi non prostrant, & Lucas de Penna in liquidumque, C. de omni agro deserto, lib. 11.

Hanc insuper obligationem proficentur Principes Christiani, vt in Authent. quomodo oportet

teat Episcop. 5. nos igitur, collat. 1. ibi: Nos igitur magnam habemus sollicitudinem circa Dei dogmata, & Sacerdotum honestatem, &c. Et iterum, ibi: Hoc autem futurum esse credimus, si sacrarum regularum obseruatio custodiatur, &c. l. 2. tit. 3. lib. 1. ordinam. ibi: Vt à los Reyes y Principes encomendò Dias la defension de la fazienda Madre Iglesia; & iterum in eadem l. 2. sequitur & facit, ibi: E nos resibimos en nuestra guarda, e seguro, y defendimiento vt à los juezes Ecclesiasticos, que puseren sentencias de excomunion, y à los mensajeros que lleuaren las cartas, &c. Facit etiam text. in l. vniuersi. 4. C. de fundis rei priuata, & salibus diuina domus, lib. 11. in hæc: Vniuersi fundi Templorum ad rationalium rei priuata solitudinem earumque pertineant, atque ab his anuier (arvis solutionibus postulatis peculiaribus) vt semper fuit) studio defendantur, &c. & l. 18. tit. 3. lib. 1. Recopil. que tractat de cultu diuino conseruando, agendo & nulla ex causa minuendo, vt & causam diminutionis amouendo, ita insuper proficentur Imperatores Theodosius & Valentinianus in l. vnicuique, C. nemini liceat signum Saluatoris, &c. Cuius mirabilia verba sunt: Cum sit nobis cura diligens per omnia superni numinis Religionem tueri, &c. text. in l. clarus, §. vltor Iustinianus in princip. ibi: Reddentes honorem Apostolica Sedis, & vestra Sanctitati, quòd semper nobis in voto fuit, & est (vt docet patrem) honorantes vestram beatitudinem, omnia, que ad Ecclesiarum statum pertinent, festinamus ad notitiam deferre vestre Sanctitatis, quoniam semper nobis fuit magnam studium, vnitatem vestre Apostolica Sedis, & statum Sanctarum Dei Ecclesiarum custodire, &c. C. de Summa Trinitate, & Fide Cathol. & iterum propè principium, ibi: Hoc est enim, quòd vestrum firmat Imperium: hoc quòd vestra Regna seruat: nam pax Ecclesie, Religionis vnitatem auctorem facti in sublime procectum grata sibi tranquillitate custodit; neque enim parua est vicissitudo à potentia Diuina tribuitur, per quem multis Regis Ecclesie diuisa discernitur, nullis incertis maculis variatur, &c.

Hoc enim ad Regis officium pertinet vt docet Diuus Thomas in tractat. de regim. Princip. cap. 14. & 15. in hæc verba: Quia igitur vita qua in presenti viuimus, finis est beatitudo celestis: ad Regis officium pertinet, caratione vitam multitudinis bonam procurare, secundum quod congruit ad celestem beatitudinem, vt scilicet, ea percipiat, qua ad celestem beatitudinem ducunt; & eorum contraria, secundum quòd fuerit possibile interdicit; hæc Diuus Thomas.

Et quod Principes temporales Christiani non solum habeant auctoritatem, sed & præcisam obligationem, tanquam protectores, & defensores Ecclesie atque Christianæ Religionis, curam habere de tranquillitate & pace status Ecclesiastici: & illam ab omnibus infidiis, & violentiis protegere, impediendo ea quibus cultus Diuini diminutio caufatur, necnon omnia media pacis impeditura & scandali nutritiua euellere; quæque inquietem præstant suorum vassalorum animabus quætere, probant vltra hactenus tot iura citata, in infinitè pene Doctores glossa verbo Rationalium indic. l. Vniuersi, C. de fundis rei priuata, & salibus, &c. lib. 11. & ibi, Lucas de Penna, num. 10. & Ioannes de Platea 49. num. 1. dicens: Et tunc nota, quòd pro Ecclesiastica re tuenda & exigenda cognoscere potest Prin-

ceps & eius procurator, quia speciali studio Princeps debet defendere res Ecclesie; idem deducit Cuiac. ex eadem lege, Afflicti. decis. 2. num. 1. optimè Baldus in cap. quanto de iudic. dicit: quòd Rex etiam si non sit patronus, tenetur res Ecclesie defendere: mirabiliter Oliuanus de iure fisci, cap. 13. à princip. & num. 49. vbi de cultu Diuino tuendo, sic augendo & conseruando agit, videnda, l. 1. tit. 15. part. 1. Præpositus in cap. Imperium, num. 3. dist. 11.

Anneus Robertus rerum indicatar. lib. 3. cap. 1. pag. 548. in hæc: Nihil cerè Regio Maiestati conuenientius videtur, quam si Christiani Principes Ecclesie instituta, ritus, & leges ad Sacerdotalia iura seruent, & tuantur; idem Azbedus conf. 37. num. 35.

Valdeus in tract. de dignitate Regum cap. 10. à num. 4. late comprobatur; quòd Imperator, & Reges Ecclesie defensores & aduocati ab eadem vocantur, in cap. per venerabilem, de electi. Clement. ne Romani, de election.

Pater Freitas Lusitanus in tract. de Insto imperio Lusitano, vt Aftatic cap. 6. num. 46. & n. 53. vers. Idemque summa cum ratione, vbi quòd cum Principes Catholici defensores sint Ecclesie, & ad id constituti, atque omnino necessarii, concedens esse, vt honoribus & præmijs pro meritis à supremo Ecclesie Principe concederentur.

Agidius Bellamera conf. 40. num. 42. & Duarenus lib. 1. de sacris Ecclesie ministerijs, cap. 5. vbi quòd Principes seculares vt Deo sunt reditu rationem Ecclesie, quam à Christo tuendam susceperunt, quàmque eorum potestati credidit.

Abbas Panormit. in cap. tua, num. 10. de decimis, vbi ait: vt Principes iacepisse à Deo potestatem principaliter, vt Ecclesiam Dei iuuarent, & in necessitatibus suis subuenirent.

Petrus Gregorius lib. 2. de Reipub. cap. 2. n. 3. Bellarmin. de Princip. Christian. cap. 11. Ioannes Ektius in Enchiridio locorum commun. contra Lutherum, cap. 32. Gaudifalvus Pontius aduersus Vuarumundum, cap. 2. vers. Verum, Iustus Lipsius contra Dialogistam in princip. Michiæl Agia in tract. de exhibendis auxiliis, fundamen. 27. Anton. Augustin. in epitome veteris iuris Pontificij, lib. 11. tit. 13. cap. 3. Fabio Montel. in praxi arbitrarij, 4. par. princip.

Concludentis omnes hi, præcipuum piorum Regum munus & officium esse, Ecclesiam eiusque immunitatem & libertatem defendere, ac seueris legibus, ac penis aduersarios coercere. Valenquæla Velazquez (meritissimus Præfex Cancellariæ vt Granatensis) accuratè plurima coniecit circa munus Principis temporalis, in protectione Ecclesie, in discursu status & belli, par. 2. consideratione 2. à num. 48. vbi ait: quòd Princeps secularis vim, fraudes, turbas, & externa mala ab Ecclesia debet accere, & quantum in ipso sit, pacatam, sacram, & quietam præstare Ecclesiam, & late prosequitur numeris frequentibus ibidem.

Anastasius German. de sacrarum immunit. lib. 3. cap. 13. num. 73. & cap. 17. num. 32. & 33. vbi quòd boni vt Principis est, omnia que ad Ecclesiasticam functionem spectant tueri, & defendere, tanquam Ecclesie protectores, & ipse iterum in eodem tractat. lib. 2. in proemio, n. 17. 18. & cap. 12. num. 24. & 25. dicit, hinc motem inere



inrebuille, veteres Imperatores ecumenicis interesse Concilii, vt que à patribus proponerentur decreta, adhibito penarum terrore obferuari modis omnibus efficerentur, & que Pontificis, & Synodalibus legibus nocumento ac impedimento, esse poterant, consultiſſimè auerterent.

Quò tendit illud Martiani Imperatoris in 57 sexta aétione Concilij Calcedonenſis, relatum in cap. Nos 96. diſtinction. dum dixit Imperator: Nos ad fidem confirmandam, non ad potentiam ostendendam, exemplo Religioſiſſimi Principis Conſtantini Synodo intereſſe volumus, vt veritate inuenta, non ultra multitudo prauis doctrinis auerſa diſcordet, &c.

Alcantius Tamburinus in tract. de iure Abbat. tomo 1. diſt. 15. quaſt. 5. à num. 15. & 16. Quòd Principes ſunt protectores & defensores Eccleſie ex textu (quem allegat) in Clementina 1. de iure iurando, vbi in §. porro, apponitur forma iuramenti, quò Imperatores præſtant Summo Pontifici in eorum coronatione, & inter alia continet, quòd fidem & Sedem Apoſtolicam defendent.

Pulchrè etiam Narbona in l. 59. lib. 2. tit. 4. Recopilation. gloſ. 2. per totam, vbi quòd Reges & Imperatores, ac ceteri Principes ſupremi, & Chriſtiani Eccleſiarum, Conſiliorum, & eorum omnium, quæ ad ſtatuſ Eccleſie conſuetudinem & tuitionem ſpectant, protectores & defensores, ex Regio ipſo ſibi iure poſtſatis, & iniuncto munere ſunt, quòd comprobat à principio diſt. l. 2. & raiſon. num. 12. Nos plura diximus de hac protectione à Regibus præbenda Eccleſiis Eccleſiaſticis & perſonis, in tractat. de Reg. proteſt. 1. part. c. 1. per totum, & præcipuè à n. 57. & à n. 107. quibus hæc omnia & dicenda addere poſſet, iis etiam omnia alia ibidem ſe ipſa ſupplere, addè text. in cap. quacumque 15. quaſt. 2. ibi: Omnibusque qui Eccleſie deſeruiunt, iunio deſeratur, &c. & Ac proinde diximus in diſt. cap. 1. num. 113. quòd manus Regis manus eſt Eccleſie.

Ioannes Quintinus Hæduum in repetitione, cap. noui, de iudiciis, num. 127. in hæc: Diuiſio inter iuriſdictionem Regiam, & Pontificiam non procedit per viam repugnantia; ſed per viam ſimplicis diſtinctionis, atque idè vbi publica neceſſitas id expoſcat; permittitur Pontifici in Regis diſtinctione, & è conuerſo, Regi in diſtinctione Pontificis ſuum Imperium exercere, nam obnoxia & precaria vtriuſque potestas eſſe debet, non aliquo dominationis ſuſtus, ſed humilitatis atque concordia adminiſtratione, &c. qui num. 140. hæc addit: Hoc pertinere ad Reges ſæculi Chriſtianos, vt temporibus ſuis pacatam velint Matrem ſuam Eccleſiam habere, vnde ſpiritualiter & nati ſunt, & hæc eſſe rationem, cur Principi quandoque liceat, ſuper iis deſignare, quæ concernunt Eccleſiam, ne matris vlla in re violetur honeſtas, nè ve turberetur eius tranquillitas ab iis poſſimum, cuius eſt commendata, &c. Idem etiam affirmat Turrecrenata in cap. filiis vel nepotibus 16. quaſt. 7.

Pater Enriquez etiam in 3. tomo ſumme de Pontificio clauſe, lib. 2. cap. 15. poſt principium, ibi: Quare & tenetur Rex adhibere efficacem præſentiam, & breue remedium pro ſuo Regis iure, & protectoris Eccleſiarum officio; qui in gloſ. ibi litter. D. dicit: Regem vocari protectorem Eccleſie, ex Diu. Hieronymo, in Hieremiam, cap. 7. 21. & 22.

& comprobat ex 1. Reg. cap. 15. vbi Saul conſtitutus fuit Rex à Deo in protectionem populi.

Chaſſaneus in Catalogo gloria mundi 5. part. conſil. 17. dicit: & quòd Principes temporales apud Deum maiorem gloriam habere non poſſunt, quàm ſi per eos Eccleſiarum diſperſum potuerit ſocietas reſtaurari, ex text. in cap. ſicut excelleniam 23. quaſt. 4. Atque eſſe boni Principis, Eccleſias contritas reparare, & ædificare, ex cap. boni Principis 96. diſtinction. Imò poſſe Principem temporalem, Eccleſias reparare in negligentiam Sacerdotum ex proptis ipſius Eccleſie redditibus; exemplo loadis Regis Iſtaelitæ, qui negligentiam videns Sacerdotum, capris redditibus templi ipſum fecit reparari 1. Regum cap. 11. & cap. 22. & Paralipom. cap. 24. Cogere enim & facere reparare Eccleſias, & Religionem exequi, mixti fori eſſe, pertinereque non ſolum Pontifici, ſed & Principibus temporalibus, dicit ipſe Chaſſaneus ex l. hæreditas in fin. ſi. de officio Proconſulis. Atque etiam ex cap. 1. ne ſede vacante; quòd Rex cum proceribus Regni multum potelt, & operatur circa ſtatuſ Eccleſie reformandum, hæbetque etiam textum apertum, in cap. filiis vel nepotibus 16. quaſt. 8. vbi Prælatiſ diſperſantibus bona Eccleſie adiri poſſet dignitas Regia; ad quæ etiam allegat Guillelmum Benedictum in cap. Rainnuntius, in verbo, Si abſque liberis mareretur; de fidei commiſſi, ſubſtit. num. 34. & 35. de teſtamentis.

Hinc Principes & Reges Chriſtiani, ſicut Eccleſie pariter, & protectores ſunt Concilij Tridentini, & per Summum Pontificem ad protectionem eiusdem Principes omnes allicit & conuocat, & expreſſè apparet ex Bulla pro confirmatione Concilij Tridentini, promulgata, quæ ſedet poſt ſeſſiones eiusdem Concil. & in cap. 20. ſeſſion. 25. ibi: Seculares quoque Principes officij admonendos eſſe cenſuit, conſiderans eos, vt quos Deus Sancta Fidei, Eccleſieque protectores eſſe voluit, &c. tenent P. 2. tom. vltimo, præluſio num. 10. Azebe, in lib. 2. tit. 6. lib. 1. Recopilatio. verſ. 7. & conſequenter, & ipſe Azebedius in conſil. 37. num. 12. Hieronymo, de Zeballos communium contra commun. 4. tomo, q. 897. num. 220. & num. 218. & 219. & 339. Narbona in l. 59. gloſſa 2. à princip. & num. 14. tit. 4. lib. 2. Recopilation. in 3. part. Cardinalis Bellarmine, lib. 3. cap. 18. de laicis, fol. 1347. Bobadilla in politica, lib. 2. cap. 18. num. 194. & 208. Domin. Franciſcus Carræus in interpretation. aliquarum legum Regni, cap. 9. §. 4. num. 18. & iterum ipſe Narbona eadem 3. part. Recopilation. ſuper leg. 81. tit. 5. lib. 2. gloſſa unica, num. 3. Aloiius Riccius in præſentium Aræa reſolution. 299. Pater Enriquez à Societate Ieſu in 3. tomo ſumme de Pontificio clauſe, lib. 2. cap. 15. poſt princip. §. 1. in gloſſa littera D. & ipſe Enriquez cap. 11. §. 3. littera T. & cap. 12. §. 2. in fin. & cap. 20. gloſſa fin. & iterum cap. 23. Flores Diaz de Mena, lib. 1. variarum quaſt. 12. ex num. 8. & quaſt. 4. num. 35. & Bobadilla diſt. lib. 2. cap. 5. num. 34. Zeballos de cognition. violent. gloſſa 6. num. 62. Nos in tractat. de Regia protectione. 1. part. cap. 1. num. 73. & à num. 70. cum ſequentibus; agimus lautiſſimè, Principem eſſe Eccleſie (tam in particulari, quàm in vniuerſali) atque Catholice Religio-

nis protectorem & defenſorem acerrimum, & per totum præluſium & multa videnda viliſſima. Sed quia articulus iſte peculiarem tractatum deſiderat, quò omnes difficultates abſoluantur, infra 2. part. huius tract. de reuentione Bull. exit apponendum, nunc miſſam facimus.

Prædictus nec alienum eſt, quòd Valerius Maximus, lib. 4. cap. 1. ait: Non dubitauerunt Sacris Imperia ſeruire, ita ſi rerum humanarum futura & regimini exiſtimantia, ſi Diuina potentie bene & conſtanter fuiſſent ſimulate. Iuſtus Lipſius contra Dialogicam, fol. 27. cap. 2. inquit: Firmamenta Imperij & in Religione Principis poſita ſunt; nec mirum quò Religionis tutela, ac conſeruatione, & timor Dei ſolus ſit qui cultodit ſocietatem hominum inter ſe: Lactantius Firmianus de ira, cap. 12. Lipſius lib. 4. ciuili. doctrin. cap. 3. & in monitiis & exemplis politicis, lib. 2. c. 2. Diuus Aug. epiſt. 48. ſo. & 165. & lib. 3. epiſt. 32. ad Pamaleonem, Præfectum Africa lib. 5. epiſt. 63. ad Maurum Imperatorem, & lib. 7. epiſt. 5. ad Brunehilem Reginam Francorum, Bellarmine, lib. 1. de Princip. Chriſtiani. cap. 11. Petrus Gregorius de Republ. lib. 2. cap. 2. num. 3.

Recenter idem Petrus Gregorius lib. 2. de Republica. cap. 2. num. 13. quòd pax Eccleſie, Religionis vnitas, auctorem & facti in ſublime productum grata ſibi tranquillitate cuſtodit, dicente Petro Etro dia lib. 1. rerum iudicatarum, tit. 6. c. 19. Imperij ſecuritatem in Eccleſiarum pace conſiſtere.

Nam vt Gregorius Plaguarum, obſeruation. 454. ad lib. 1. Cornel Tacit. refert ex Seneca in lib. 2. de breuit. vitæ. Principes & ex ea cauſa inſtitutos, vt omnium quietem illorum vigilia, omnium otium, eorum labor; omnium delicias, illorum inſidias; omnium vacationes, illorum occupatio defendat. Et concludit quòd ipſe Seneca ad Polybium cap. 26. inquit: Caſari, cui omnia licent, propter hoc multat non licet, omnium domos illius vigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium delicias illius occupatio; quò tendit quòd dixit Antigonus Eliano: An ignoras fili mi, noſtrum Regnum eſſe nobilem ſeruitutem?

Quo quidem ſenſu accipiendum eſt illud Cantuar. cap. 5. Ego dormio, & cor meum vigilat; cum Rex cor dicatur Regni & Republicæ, ad quòd, videndus Nauarret. in los diſcurſos politicos, cap. 12. fol. 147. col. 3. & ſuprà.

Et facit exemplum apam, & gruum, quò vritur Diuus Hieronymo, in cap. in apibus 7. q. 1.

Nam & quemadmodum in quolibet apum examine vnus eſt Rex, & agmina gruum dum volant, vnum Rectorem ordine litterato ſequuntur; ita continet in qualibet bene conſtituta Republica, Regno, vel prouincia aliquem Imperatorem, Principem, aut Rectorem conſtitui, qui æqua lance inter lubiectos ſibi populos iura reddere poſſit, & imbecilles à potentiorum iniuriis, & violentiis defendere, quam fuiſſe præcipuum Regum eteandorum cauſam, optimè ſcriptiſt Iuſtinus Hiſtor. lib. 1. in princip. Aſtor. lib. 3. politicorum cap. 11. & lib. 5. cap. 10. Cicero, lib. 2. officiorum. Diuus Auguſt. lib. 4. de ciuitat. Dei, cap. 6. Diu. Thom. de Regim. Princip. lib. 1. c. 14. Diu. Iren. lib. 5. aduerſus hæreſes, & Alphonſ. Gerret. Nicol. Boëtius & alij quos refert Menchaca in præſation. ad controuer. illuſtres mem. 102. & ſequent. & num. 120. & lib. 1. cap. 1. num. 10. & 24. Epicoſcopus Chiapienſ. in tractatuſ comprobat. Indiari. fol. 51. Guillelm. Bened. in

Et de earum Reten. in Senatu. i. p. c. i. 11

cap. Rainnuntius, verbo Conſidit, et. 1. num. 34. in fin. verſ. Propter quos, & num. 35. cum ſeqq. & Iuſtus Lipſius lib. 2. ciuiliuſ doctrinæ. cap. 11. Matthæus Lopez Brauo in ſuo auro libello; de Rege, & reuentione ration. lib. 1. fol. 8. Melchior de Valencia Illuſtrium tract. iur. tract. 2. cap. 5. num. 5. & ſeqq. & Agidius Benedictus in l. ex hoc iure, ſi. de iuſtit. & iure, tom. 1. cap. 3. n. 7. & 8. Inſignis præceptat noſter Diuus Ioannes à Solorzano in tract. de iure Indiariuſ, lib. 2. c. 2. num. 59. Alios quamplures Doctores ultra hic citatos adduximus inferius à num. 93. verſ. Finis enim & obiectum, &c. & ſuperius; & alios citauimus num. 76.

Nam vt prælatè ait Ammian. Marcel. lib. 29. Nihil aliud eſt Imperium, & niſi cura ſalutis aliena; Annæus Robertus lib. 2. rerum iudicatar. cap. 21. Regnum namque, aut Principatus non tam ad Regis aut Principis, quàm ad ipſius & Regni, & ciuiliuſ vtilitatem introductum fuit, vt poſt Platonem tradit Marcus Tullius lib. 1. officiorum. Diuus Irenæus lib. 5. contra hæreſes, Diuus Thom. opuſculo 21. ad Ducifſan Brabantia, Aſtolor. lib. 1. politicorum. Abbas in clem. vnica de Baptiſmo, Lucas de Penna in l. militariuſ, C. de decurion. lib. 10. Alphonſ. Guerre. in theſaur. Chriſtiani. Religion. cap. 54. num. 52. Vazquez in præſation. lib. 1. controuerſ. Illuſt. num. 101. & 104. & lib. 2. cap. 82. num. 2. Valenc. Velazquez in diſcurſu ſtatuſ & Belli, part. 2. conſiderat. 14. num. 8. & Regnum non propter Regem, ſed propter Regnum, & regimen datum eſſe à Deo Principibus temporalibus, diximus Nos 1. part. de Regia protectione, cap. 1. à num. 40. & ſeqq. quibus & hæc adde.

Et eſt l. 2. tit. 1. part. 2. ibi: Camager los Romanos, & que antiquamente ganaron con ſu poder el ſeñorio del mando, ſi ſeſſen Emperador, è le otorgaſſen todo el poder, è le ſeñorio que auian ſobre las gentes, para manener è defender deuechamente el pro comunel de todos, con todo eſto non fue ſu entendimiento, de lo hazer ſeñor de las caſas de cada vno, &c.

Plato, lib. 3. de legibus, ait: Nihil pròdè tam aptum eſt ad ius conditionemque nature, quam Imperium, ſine quo nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus; & conſtituat Marcus Tullius lib. 2. officiorum; dum inquit: Sed etiam apud maiores beſtes morigerati Reges conſtituti: nam cum premeretur inopi multitudo ab hiis qui maiores erant, opus fuit capite, & gubernatore, qui eos in æquitate contineret. Siman. lib. 3. de Republ. cap. 4. Menchaca in præſatione, lib. 1. contron. illuſt. num. 10. & 124. Ioannes Stobæus ſermon. de Republica 41.

Quæ fuit ſententia Diui Iſidori lib. 3. de ſummo bono. cap. 47. vbi ait: Principes Reſqueque electi ſunt, vt terrore ſuo populos à malo coerceant; atque ad rectè viuendum legibus ſubderent, & Hieronymo. Vida lib. 2. de Republ. dignitat. Imperium gentium (ait) initio delatum fuit ad vnum iuſtum ſimul & ſapientem habitum, vt ille præſtet ceteris, exiſteretque vnus in ciuitate, iuſti, & æqui cuſtor, ac vindex, quæ ſunt firmiſſima vincula ciuitatum, gereretque vnus ciuitatis perſonam, & communi vtilitati ſeruiens, cuius ſibi ſubiectos æquitate, & fide defenderet, &c.

Offortius